Radzyłowien ad observationem decreti sepedicti hor ut ad
dandam decimam manipularem de quibus suis plebano Ra-
dzyłowien pro tempore existenti, ac alia vera decimarum
decimas frui et solui consuetas, solvendo et faciendo stingas.
rebelles vero et decreto sepedicto contrarientes, iuxta eorum
demerita puniat, ipsumq plebanum ni perceptionis suis
decimar. iuxta tenorem decreti sepedicti, auctoritate sua offici

tuarijs et defendab, pro debito sui officij et gratia nostra. Quo
testimonio literarum etc. Datum et Actum in Conventione gene-
rali Crasnicen feria quinta proxima post festum Sancti Cyathei
confess. Anno dni 1521 Regni mei xxjo sui vo.

Ro recepit et cinx.

Resignatio Villae Dworze in trā Leopolien consisten per Nobilem
Joannem Przechowsky, Nobili Vincentio Czebrowsky pro sum-
ma quinquaginta Marc monetae et numeri Polonic.

Sigismundus etc Significamus etri Quia constitutus coram Mte
nostra regia Nobilis Joannes Przegrzychowsky, antiquus noster, Terrestris
ville nostre Dworze non compulsus, nec vi aut dolo malo aductus
sed sponte et libere, publice ac expresse recognovit, quia eandem
villam nostram Dworze mentatam in terra Leopolien consistem
omnesq; limitas pertinentias in ea ipsa villa, ipsius antecessoribus
nostros antecessores, iuste et legittime inscriptas, Nobili Vincentio Czebrowsky
generosi suo, et ipsius successoribus legittimis, pro summa quinquaginta
marcarum pecuniarum Monete et numeri polonici, quadraginta octo
grossos in quamlibet marcam computando, inscripsit, resignavit, et de
ea condescendit, prout inscribit. resignat et condescendit per presentes, per
eundem Vincentium Czebrowsky, et ipsius legittimos successores
eam ipsam villam nostram Dworze, omnesq; limitas in ipsa, ut
Coheretur inscriptas, cum omni iure et dominio, prout ipsam idem dns
Przegrzychowsky, hactenus tenuit habuit et possedit, cum omnibusq; et

singulis eiusdem ville, vbilitatibus rebus, reddibus generaliter
vniuersis, nullis exclusis, et nihil pro ipso Joanne pijcyjthowsky
reservans, aut excipiens, quibuscūq; nominibus, aut cognominibus
appellentur, et ad villam predictam ex antiquo spectantibus, et
quomodolibet pertinentibus, ita late et longe, prout eadem villa ny
sz est, et ab alijs in circuitu est distincta et limitata, dte nyzta vim
et tenorem tranny originalium desuper confectarum, tenuis habes
vtifendi pacifice et quiete, meum de iure aut nostroz successorum
consensu, dandi, donandi, permutandi, vendendi, alienandi, et in suos
suorumq; successorum vsus beneplacitos convertendi, prout sibi
videbitur, et pro suis successoribus melius et vtilius videbitur expe
dire, tamdiu donec eidem villa, vel suis successoribus, pro nob
vel nostros successorib, suis in hijs originalibus expressis in
eadem villa nostra iuste et legittime inscripsis, fuerint plenarie
et integre persolute, quam edem resignationem inscriptionem
et condescensionem ville predicte, et premissum est, coram nobis
factam, Nos ratham et gratham habend, ipsamq; admittend
et consentiend in eam, citra hy augmentu summaz in hijs origi-
nalibus expressarum, approbamq; ratifficamq; et confirmamus pro
hijs, prout admittimus presentibus approbamus ratifficamq;
et confirmamus tenoz p̄sentiu, mediāt, decretum ipsa robur frmi-
tatis debite obtineat, Harum testimonio literarum, quibus hy sigy
gillum nostrum est appensum, Actum et Datum Cracovie in Corpo-
ris Christi festo proxima ante diem Corpus Christi Anno
Domini 1521 Regnique xxjo

Ad Mandatum

Recognicio debiti, per Gnosum Georgium Krupsky, Gnoso Janussio Gwoyczewsky, summa vlee quadringentorum Florenorum.

Igismundus etc, Significamus etc, quia comparens personaliter coram nostre Maiestatis pupa Generosus Georgius Krupsky Castellanus Leopoliensis terre de orchow, accedens a finibus et districtibus suis publicis et ex-pressum recognouit, quia Generoso Januszio Gwoyczewsky Castellano Wisliciensi quadringentos florenos premiarenses, pro triginta grossos aponis polonicalis quemlibet reputando, certi et liquidi debiti tenestre et publice obligatre, hinc ad festum Sancti Joannis Baptiste nativitatis proxime venturum solvere, et circa acta Castrensia in chelm exponere; Casu autem quo non solverit, aut solvere neglexerit, seu ad acta p̃fato non expo-suerit prefatos quadringentos florenos, extunc in crastino cuiusdem festi Sancti Joannis Baptiste proxime venturi premissa protestatione ad acta Castrensia in chelm de non solutione dicte summe ex parte cuiusdem Januszij Gwoyczewsky, officium Castrense Capitaneale chelmense de brachio nostro regali vltimario, cum vltima potestate capitaneali chelmensi in predictum et oppidum ac villam orchow, in districtu et terra chelmensi consistentes, ac alias villas ad ipsam villam et oppidum ac mineras plumbi ipsum Januszium Gwoyczewsky Castellanum Wislicien intromittet, et vindicationem finalem faciet, tunc omnia jura polonicalia desuper transacta et consummata esse vt, quo bona orchow supra expressa cum omni jure et toto dominio nichil penitus ibidem vendendo

Idem Jannssnis Orrijergowsky cum suis successoribus tenebit et
possidebit ac exercebit modo obligatorio, ab uno festo Nativitatis
Sancti Joannis Baptiste ad alind, usque ad exemptionem et totalem
solucionem supradictorum quadringentorum florenorum; cui quidem Georgius Crupsky occasione dictorum bonorum submisit et submittit
ac inscribit, se et suos successores ipsum Jannssnis Orrijergowsky
ab omnibus impedimentis et damnis, quaecumlibet personam
exinde obtinuisse, nulla subscriptione exclusa tenendi, ac a quibuscunque
prioribus inscriptionibus dotis et dotalitiorum, aut alio quovis
juris titulo ibidem in et super predictis bonis inscriptis et inscribendis
sub vadio quadringentorum florenorum predictorum, tueri, interesse
et exhibere mixta forma juris liberare, indemnem reddere
et relevare teneatur. Eidem Jannssnis et suis successoribus succumbat ad solvendum
succumbendo, et si ipsemet Georgius Krupsky aut sui aut alias
submissas aut sonas in predictis bonis brachio regali ac exemptionis capitaneatus Schelmey resisteret, et ad eandem impediret
aut impugnaret extunc fideiussor Georgius Krupsky quotiens promissa fuerit, aut in aliquo modo contravenerit, extunc vadium
speciale quadringentorum florenorum predictorum ipsi Jannssnis
Orrijergowsky, et suis successoribus succumbat ad solvendum
pro tali vero tempore, cum supradictus Jannssnis Orrijergowsky
in casu non solutionis supradicte summe pro tempore et loco supradicto
intromittere aut assumere capitaneatus Schelmey, extunc nullam
fuerit violentiam ipsi Georgio Krupsky, pro quibus quidem vadiis
et vadio suprafato, ita si idem Georgius Krupsky cum suis successoribus

473

occasione premissorum omnium et singulorum supra expressorum p eum et eius successores non completorum citare premiserit, extunc teneatur a terris et districtibus suis coram Mte nra regia vbicunq; predicte constitutum, ac in jure cheimen et Belzen Castrensibus Capitaneis libus, in primo termino tanq; in peremptorio parere debebit et respondere, ac pro predictis vadijs et radio sepefatis satisfacere teneatur. Eundem primum terminum nullis modis differendo, nec suspendendo, nec contra defectus aliquos in scriptionis prius legendo, nec aliquid sibi in auxilium recipiendo, sub amissione sue causa: Ita q; quicquid sibi in auxilium tempore, vel differre vellet, eo facto suam causam amittere debet, Casu autem quo pfatus Georgius Kropski proxime venturum coram actis sepefatis cheimen pfato Jannibio pareret solutionem pretfatorum quadringentorum florenorum, extunc sub inscriptione nichilum conveniatur, et ea potest et debebit sepefatus Jannissij cassare ipsq; actis, q se vel suum plenipotentem, prout ibid vocatum nobis esset cassata et mortificata, Et iam exnunc sepefatus Jannissius suis Gwijrzegowski, coram nobis constituit vij plenipotentem ad tollendum summam pretfatam quadringentorum florenorum a pfato Georgio krupski seu ab actis cheimen Castrum Terrasum seu Zamoszki judicis terre cheimen, et ad quietandum vpsum Georgium krupski, et pactum inscriptionem accepta satisfactione cassandi, cum ea autoritate tanq; pfatus Jannissius solus existens, pretfatum Georgium quietasset et inscriptionem cassasset Datum Anno Die Sancti Stria quarta Currentis Anno domini millesimo quingentesimo nonagesimo octavo. Regni 28.

Priuilegium fundacionis oppidi Szyemyca in Ducatu Masouie

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam.
Nos Sigismundus etc notum tenore presentium etc dicimus et recognoscimus
tenore presentium quibus expedit uniuersis presentibus et futuris hanc
noticiam habituris, quia nos cupientes bona et hereditates subditorum nostrorum ampliare, ad fructusq et comoditates uberiores
illas deducere, Consensimus et admisimus Consentimusq et admittimus tenore presentium Nobilibus, Stanislao Joannj et Nicolao here-
dibus de Szyemyga subditis nostris de Durath, Ayasonis Nouum
oppidum municipalem jamdicto, in et sup hereditate eorum Szyemyga
in terra et districtu Czerwensk sita exigere et locare. Cui quidem
oppido, et cuius jurolis, pertibus, ac in futurum existentibus, damus
et attribuimus jus plenum Ciuile Culmey, cum omnibus dicti
juribus prerogatiuis, articulis, statutis, consuetudinibus, libertatibus
conditionibus, ita q in omnibus causis, magnis et paruis furti, homicidij
incendij, membrorum mutilationis, violationis, stupri, falsi mensure et
ponderis minuti, et in aliis excessibus malefitijs, iniurijs, querelis et causis
quibuscunq inceptentur nominibus, ad idem jus Ciuile Culmense de
more et consuetudine spectantibus, in dicto oppido nouo et cum limitibus
ac terminis, inter jurolas dicti oppidi et alios quoscunq hominum ad
prefatum oppidum Szyemyg, exortis et exortas, ac in futurum perpe-
tuandis causis producentur, et judicia exercentur, ac breuiter et

et condemnationes fierent et promulgentur, secundum formam et dispositionem predicti juris Culmend. prout hoc ipsum jus exigit et requirit, Ut autem prefatum oppidum in statu suo melius realiter possit. instituimus et ordinamus in illo unum forum septimanale singulis feriis secundis agendum, ac tria fora annalia, unum vigilia pro festo beate fratrum Dormientium, quod cadit in tertiam diem post festum Sancti Kiliani, aliud pro festo Bartholomei, Terminum vero pro festo Sancti Thome, apostoli, instituimus et ordinamus perpetuum et irrevocabile, ita quod ad eadem fora, tam annalia quam septimanalia libere sit omnibus et singulis hominibus, omnisque status, sexus et conditionis existentibus indigenis et exteris, cum rebus et mercibus suis quibuscunque nominibus appellentur venire, illasque vendere, commutare, et alias etiam comparare, ac alia negociationis genera exercere libere sinere et absque omni impedimento et contradictione officialium et hominum quorumcunque Nisi tales sint, quos jura et leges fovere non permittunt, et quibus bonorum hominum consortia esse non merito denegande. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est publice appensum. Actum et datum Varsovie in Conventione generali feria secunda proxima post diem Sancti Procopii, Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo Regni nostri anno vigesimo primo. Datis et expeditis in castris nostris Sandecz in villa Leszna, fratrum germanorum de Wojslawowo-Lis.

Ad petitionem Domini et
Vincencii Cancellarii

Ad
eiusdem Reverendi in Christo patris Domini Petri
Episcopi Varsovien. et Regni Poloniae Vicecancellarii

Fora annalia oppido Myloslaw concessa

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam Nos de
Regismundus etc. necnon Transm etc. dnus et heres. Manifestum
facere volumus vniuersis presentibus et futuris. Harum notitiam habi-
turis, Quia quarus oppidum Myloslaw. Generosorum petri Joannis
et Gothardi de Gora fidelium nostrorum subditorum in palatinatu
Calissien situm. ex maioribus suis de Regum principibus Casimiro
genitore nostro, Joanne Alberto, Alexandro, germanis Regibus Polonie
ac nostre Mti optime meritis. duo fora annalia singulis annis pro
festo dimi Jacobi Apli de mense Julij, et die sancti Leonardi ex
diuturna consuetudine habeat. adque. ex diuersis locis, homines
ad mercandum, vendendi, et emendum, ac comercia faciendum
conueniunt. Nos volentes vt ipsum oppidum maius indies accipiat
incrementum, et ad meliorem statum et conditionem reducatur. Jntuitu
meritorum Patrum Generosorum petri, Joannis, et Gothardi
de Gora Tertium forum annale, quolibet anno celebrandum
et frequentandum pro die Sancti Vitalis de mense Aprilis, de
gratia nra speciali instituendum duximus, Justituimus et Judicium
tenore presentium mediante. ac illud cum aliis duobus supra expressis
pro Justitijs habere volumus et decernimus, citra tamen alias
Ciuitatum et oppidorum nrorum in vicinia circumquaque consistens.
preiudicium et detrimentum. Jta quod omnes et singuli homines

sexos vtriusq; omniumq; status et conditionis existat, ad hec vrbem nostram
oppidum Mylosław pro foris predictis confluere possint temporibus
prenominatis causa emendi et vendendi, mercesq; pro mercibus permutandi
et alia negociationis genera exercendi. Venientesq; in accedendo et redeundo
nostra et successorum nostrorum securitati et libertati ponantur. Nisi
tales sint quos jura et leges tenere non permittunt, et quibus proba
hominum conversacio merito sunt deneganda. In cuius rei testimonium
sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Cracovie in
Conventione quadragesimali feria tercia proxima post dominicam Invocavit-
Anno quo supra, presentibus vt supra in literis fieri decrevimus.

Remissio Exactionis Ciuilis Schoss vulgo nuncupate Ciuibus Gnesnensibus

Sigismundus etc.

Significamus etc. Quia nos animentes supplicationibus quorundam
Consiliariorum nostrorum pro ciuibus Gnesnen nobis factis, habentesq;
benignam rationem dampnorum, que ex nonnullis incendiis quod illos
attigerat acceperunt, necnon eorum inopiam, quam in edificijs publicis
illius Ciuitatis in presentiarum non mediocri sumptu faciunt, remisi-
mus eisdem Ciuibus Gnesnen totam Exactionem Schoss vulgo
nuncupatam in Conventu Piotrkouien institutam, quod anno proxi
preterito pro defensione Reipublice solvere tenebantur, remittimusq;
harum serie tenore. Mandantes ibi Generoso Andree Gradzinski
Exactori in Palatinatu Calissien et districtu Gnesnen contribuentium

publicarem. ipsius anni preteriti in dicto Corcentu pijotelowend decre-
tarum. vt possem Exactionem Ciuium eiusdem anni sotrich ab ipsis
Ciuibus Cracouien non exigas, sed illos in hac gratia et remissione
eis p nos facta conserues, et aliter non facias pro gra mea. Datj
Cracouie in Corcentu quali feria quarta proxima post
Dominicam Jnuocauit. Anno dñi 1521 regni xxi.

Sigismundus rex Pst

Donatio Thelonei Pontalis siue Aggeralis Grosso Martino Sopy
chowsky in villa ipsius hereditaria Xyanzomosth in terra
Sandomirien et dicto Pilsner

Sigismundus etc Significamus etc Quia nos annuentes supplicationib
quorundam Consiliariorum nrorum pro Generoso Martino de pijchowsky
heredc de Bandzyc mijshjc antiro nostro nobis facto, habentes ga
rationem seruicjorum nobis et regno nro, p illum exhibi-
torum, et que hactenus studio indefesso exhibere non desistit
sinumar considerantes, eundem Martinum sopyjchowsky, in reparac
tione viarum pontium et aggerib in paludr ville sue hereditarie
xyanzomosth nuncupate in terra Sandomirien et districtu pilsnen
constructh, non paruam operam, laborem et impensam, pro co-
modiori et facilliori vtentium et aliorum hominum transitu fecisse.
et in posterum facturum esse, id quod nos ipsi et Leopoli Cast
nonissimus videmus, et p dictos pontes et aggerem transentes
collustramus et p prudimus, propterea dictum Martinum
in hmjsmodi impensa gratiose relinere volentes. Ipsi et

eius legittimis successoribus predicte ville Xÿanzomostz heredibus
pro tempore existentibus dictos pontes et aggerem de consilio et
assensu consiliariorum regni nostri in hoc Comitatu quali nobis sup
existentium Thelonium pontale p duos denarios a quolibet equo
curru[m] meribus oneratum, et eius legittimis successoribus predicte
pce dictos pontes et aggerem vbicunq seu tranzeunte dedimus et
concessimus, damusq et concedimus p[re]d[i]c[t]os pontes ad nostrum arbitrium
seu beneplacitum. Ita tamen, q[uo]d idem Gyartinus Copÿchowsky et
successores eius predicti toties quoties opus fuerit, quo omnibus
illac transeuntibus sermus et expeditus pateat transitus, vias,
aggerem et pontes predictos reparare construere et instaurare teneat[ur].
permittendo et concedendo facultatem ipsi p[re]n[omi]nato Gyartino de
Copÿchowsky, eius q[uo]d successoribus predicte ville Xÿanzomostz
pro tempore possessoribus supradictum Thelonium pontale
ab omnibus et singulis hominibus, cum curribus meribus
oneratis p[er] dictam villam et pontes transeuntibus, de jure
vel consuetudine regni nostri ad solucionem ipsius Thelonii
obligatis exigendi, tollendi, et recipiendi, ac solucionem consuetis
modis consuetis ad eius solucionem compellendi et stringendi,
Gyandantes propterea a veniencis et singulis ad solucionem eiusd
Thelonii pontalis vt premittitur est, obligatis, quotienscunq
illos p[er] dictos pontes et aggerem ville predicte Xÿanzomostz
transire, cum curribus meribus oneratis contigerit, a singulis
equis huiusmodi curum ducentibus p duos denarios recipere
solvant pro debito suo et gratia nostra. Et sub pena ad hoc

constitutis, non aliter facturi, ad nostrum et ipsorum arbitrium
et beneplacitum harum quibus sigillum nostrum est appensum
testimonio literarum. Dat Cracovie in Conventu generali feria tercia
proxima post dominicam Invocavit, Anno domini quo supra.

Ad Reverendum

Decretum inter Nobilem Elisabeth Baldowska, et Nobilem Nicolaum Wielebnowsky tutorem Nobilis Elisabeth Mokrska, occasione successionis eiusdem Elisabeth Mokrska, in bona prefate Nobilis Elisabeth Baldowska.

Sigismundus etc. significamus etc. Quia cum causa inter Nobilem Elisabet Baldowska, relicta Nobilis olim Stanislai Byszowsky, nunc vero consorte Nobilis Erazmani Trzebnycz, ac ipsum Erazmum tanq; partem appellate ex una, et Venerabilem ac Nobilem Nicolaum Wielebnowski, tanq; tutore Nobilis Elisabet Mokrska, ipsamq; Elisabeth Mokrska partem appellatam, ex altera partibus, occasione successionis eiusdem Elizabeth Mokrske in bona prefate Nobilis Elisabeth Baldowske post mortem pofati olim Byszowsky ipsius quondam mariti, et dicte Elisabeth Mokrska fratris propinquioris jure hereditario ad ipsam devoluta, ac dimidiam eorundem bonorum, necnon mille florenorum hungaricalium in auro, per eundem Stanislaum Byszowsky in bona dicte Elisabet Baldowske importatarum promissorum, attestationumq; sive hujusmodi promissionis, per eandem Baldowska inductarum, ac rebus aliis in causa hujusmodi propositis in aliquod instancijs, vtriusq; debite et declarate continuandi expositorum rationes et mota, ad nostram Mtem ad Conventum publicum Cracovien generalem, per appellationem pofati Erazmani et Elisabeth Baldowska

ypsmb comingib, a sententia consiliariorum regni nostri, et terrarum nrarum
prussie, pro festo sancti Laurencij nomissime transacto in Ciuitate nostra Elbin'
gen congregatorum, pro parte eiusdem Nicolai vojclebnowskj, et Elizabeth
Mokreska, et contra ypsum Ertzmanu ypsiusq consortem lata deuoluta fuisset
Nos cupiend de partib vtriusq iustitia experiri, comittimus eius rursus
examen, consiliarijs et officialibus nris, iudicio nro regali hac in Comenta
ptis presidentibus, admugeritis illis in collegas et assessores, nonnullos huius
Cracouiend. et nonnullos Thornen. Ciuitatum nrarum Culm. et Conselb vclud
jurib Culmen, quo partes litigantes vtuntur peritos, qui tandem ea causa
ipsam debite examinassent, et partib vtriusq propositis et responsis audit
Necnon cāsi tocius processu, in quibusvis instancijs facto et habito diligent
remisso, et pleno intellecto, in medio Consilij tocius Senatus regni nostri
de causse eiusdem meritis, et partiu iustitia nobis relationem fecissent. Nos
de consilio Consiliariorum nrorum et nrisperitorum. ad pus nobiscum
existentium, sententiam et decretum ipsatum in Ciuitate nra Elbingij
pro parte prefati Nicolai vojclebnowski, et Elisabeth Mokreska con'
siliarios predictos latum, velud decreto Consiliariorum nrorum in
Ciuitate nostra Gedanen lato, quod nulla appellatione sint suspensa
contrariumq, propter illius nullitatem, cassand, abrogand, et in nihilum
redigend duximus, cassamusq abrogamus, et in nihilum redigimus
Sententiam vero p Consiliarios nros in pena mra in Ciuitate mra
Gedanen, pro parte pfatorum Ertzmani Terebnitz, et Elizabet ipsius
Comingis latam, cua mediante decretum est, quia nupta attesta
cionem p ipsum Ertzmand et suam coniugem in jure factas, quib
probauit ipsatum Stanislaum Bijzowski, promisisse se nupcias mand
ad predictam Elisabeth Baldowski mille florenos hungaricales.

si contra ipsas attestationes et testes huiusmodi exceptio debito tempore
non fieret et postea vellet ipse Nicolaus wojciechowski cum Elisabeth
Mokreska, ab ipsa Elisabeth Balborowska dimissionem spfatorum bonorum
antipere et postulare, deberet primo spectatos mille florenos rugaa
ricales, et promisit, importare, astrictus et obligatus esse, prout in
huiusmodi centenario originali coram nobis exhibito, id plenius
continetur, velud instam meritoriam et legittimam in robore roborandi
approbandi, ratificandi et confirmandi fore duximus, prout in robore
confirmamus, approbamus ratificamus, et confirmamus, decernen
ipsam in omnibus punctis, clausulis, et articulis robur firmitatis
debite obtinere, pntis, decreto nro regio mediante. Datum etc. Cracou
in Commissione quasi feria sexta proxima ante dominicam Jubilate.
Anno dni nro sexto. etc

Approbatio inscriptionis Magcae Magdalenae de Jarosław per Ma,,
gnificum et Generosum Joannem Comitem de Tharnow et Stanisla..
um Odrowąsch de Sprowa vationem donationis peruenorum in
bonis Ogrodzieniec et Vodowiczen

Regiomontanus etc Significamus etc, quia personaliter constituti coram
nobis magnificus Joannes Comes de Tharnow Castellanus Wojnicien
et Capitaneus Sandomirien, et Generosus Stanislaus Odrowąsch
de Sprowa, amici et Consanguinei Magnifice Magdalenae de Jaroslaw
Consortis legittime Magnifici olim Nicolai de Pilzno palatini Belsci
satisfacientes obligationi eiusdem Magnifici Nicolai de Pilzno, apud acta
presentium sedis hactenus facte publice et expresse consenserunt, ac petitionis
eius consentiunt, tam suis inscriptionis et pfatum magnificum Nicolaum

de pylcza palatinum Belzen, ratione donationis p̄ Iurrorum in bonis
Grodzenen, et Wlodowien, et alio quouis modo, coram nobis Generoso
Joanne Chelmsky Burgrabio Castri nostri Cracovien, heredi Podhorzany
Odrodzyenczyg factas, Cteid in Inscriptiones ac recognitiones infra scriptas
quas Magnifica Magdalena de Jaroslaw apud ipsa acta przedwoerszen
terrestria fecit, easdemq; Inscriptiones approbarunt, et approbant hazu
serie tenarum, perinde ac si tunc, cum fact fuissent illis, ipsimet personaliter
adessent. Cuarum quidem Inscriptionum et recognitionum p̄numinata Magca
Magdalena de Jaroslaw ex actibus terrestribus p̄dicti przedwoerszen
sub Sigillo Curiali przedwoerszen extractarum et sua manu propria
subscriptarum, ac coram nobis exhibitarum tenor de verbo ad verbum
sequitur et est talis. Magnifica Magdalena de Jaroslaw Consors
Magnifici Nicolay de Pylcza palatini Belsendi, cum consensu sui
Magnifici Nicolai palat. mariti sui, recepit a Civibus et Districtibus
suis quibuscunq; libere recognovit, cuia sive suam totam reser-
vationem dotis et dotalicij, ac sive alias omnes Inscriptiones
suas et quibuscunq; cautelis in quorumq; Juribus et in quibuscunq;
actis ac possessionibus Magnifici Nicolaum de Pylcza palatinum Belsen
maritum suum sive bonis Castreo et oppido Grodzyenczyg ac
villis Rodakij, Klwacz, Nyegowanyicze, Wyssoka, Rokitkowo
Kyelkowyicze, Minora Wyessyolka dicta, oppidoq; Wlodowyicze
cum villis Gora Nadolycze, Parkossowyicze, Rodowyczky Bago-
rzany, necnon Minora dicta Czyssowka, quam Thelonco ny
eisdem bonis possidet in terra Cracovien cum pertinentiis sibi Magnifica
Magdalena de Jaroslaw reformata, et quomodolibet in scriptis,

Quæ bona ogrodzyńcz, et vlodowicz, in tra Cracz consistencia, in
summa capitali, et in pluceratis omnibus, ac etiam dono xpetne donauit
idem magnificus Nicolaus de pilza palatinus Belscz, maritus sue
Generose Joanni Chelmski Burgrabio Castri Cracouiensis, coram Sacra regia
Maiestate, inscripsit, et resignavit, prout talis inscriptio, clarius in se
dispont, et exprimit eadem Magnifica pate Belzcz, cui Joanni Chelmsky
et suis successoribus, in totum libere consensit, admisit et recessit,
ac omne jus suum supra expressum, suo dicta bona ogrodzyńcz
et vlodowicz, sibi seruicib, in eundem Joannem Chelmsky, et
suos successores, plenarie transfudit et incorporauit. Quæ Magca
Magdalena palatina Belzcz iccm eidem Magnico Nicolao de
pilza marito suo, etiam spontanea voluntate, libere recognouit
quã Sacre Mtis regie, dedit et concessit, omnimodam facultatem
potestatem inscriptionem suam recognitam ratificandi confirmandi
et gratificandi, ac si sola Magnifica Magdalena palatina Belzcz
coram sua regia Mte personaliter recognosceret. Sed quia predicta
dus palatinus Belscz, propter conventionem generalem Cracouie
positam, et in pruiarum celebratam, annis sequentibus conuocari non
conuenire non potuit, ideo obligatur, obligatusq; est eosdem
ad pfatam recognitionem. fantud, et consensum suum, q eos ad
quos spectat, ad alios proximos futuros terminos. aut se parti
debebitur vigore ipsi Joanni Chelmsky Burgrabio Castri Cracz
et coram Mte regia ibi pactis semissa recognoscant, quibus
pfata Magdalena, dat consentit atq; rogat semissa fauere
et consentiendo, cum quibus Magci pate obligatur ut supra, recd

485

ſna Regia Maiᵗᵉ eſt obligatus, ſub pena in pfata Inſcriptione ſo tenta
cuy quo memoriale poſitum, quod Judicium recepit, Acta ſunt
hec in Brzezowskie feria tercia proxima in craſtino ſancte agnetis
a mo Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo. Quę omnia et
ſingula premiſſa Nos Sigiſmundus Rex polonie prefatus, ſtam
rata et grata habentes, ac in villa conſcriptis, mtoritate mea regia
in omnibus punctis clauſulis et articulis, ac toto illorum tenore
approbamus et confirmamus approbamusq; et confirmamus,
ac robur ꝑpetue firmitatis, ea omnia et ſingula ſo miſſa obſerua
re cupimus tenore ꝑſentium mediante, libros etc. Dat Cracovie
in Conventu generali feria ſexta proxima ante Dominam Jnuocauit.
Anno dñi quo ſupra.

Rᵗᵒ Procancellario ſuo ſub-et ſp.

Quietatio per Rdum Domaracky Gnosi Balthasari Dambrowsky
cum persolutione summæ de Aduocatia Jaslen

Sigiſmundus etc, Significamus etc, quia conſtitutus perſonaliter coram
nobis Nobilis N. Domaraſky publice et ꝑ expreſſum recognouit
quia Generoſus Balthaſar Dambrowſky de Tharnowiecz hered
uxta admiſſionem et conſenſum noſtrum regium ad eximendum
eundem Domaraſky de aduocatia oppidi nri Jaſlo, ſidem
Balthaſari Dambrowſky datum et aſſignauit. ei ſatisfecit pro oib⁹
ſummis pecuniarijs ni primitꝰ pro originali ſepefate aduocatie fortune

Eadem[que] bonas dictus Balthasar sibi totaliter exolvit, De quibus omnibus simus solutus ipse Domaradzki dictum Balthasarem dimittowski, et eius successores legittimos perpetuo quitamus. Libros[que] et absolutos facit, ac quitat et absolvit per presentes, quibus in testimonium sigillum nostrum est appensum. Dat. Varsovie in Curia nostra feria quinta proxima ante dominicam Invocavit, Anno domini 1580 [illegible]

Arenda bonorum hereditariorum Bren, Oleschno, Swarsow, Gruschow, Smogorsow, Jadowniki, Wyetrzychowice et Schymanowice in tra Sandomirien et dicti Visliczen Gnoso Jarmirio Swirczewsky adivitam, per Gnosum Stanislaum Sprowsky.

Sigismundus etc, Significamus etc, Quomodo Generosus Jamssius Swirczewsky Castellanus Visliczen et Capitaneus Lublinen[sis] veram nostram Mtem constitutus, libere et ex expressum recognovit, quia recepit in suam arendatoriam usufructuariam[que] possessionem villas Bren, Olesztno, Swarzow, Gruszkow, Smogorzow, Jadowniky Wyetrzychowyze et Schymanowyze in terra Sandomirien et districtu Visliczen consistentes, apud Coronam sunt vigt Generosum Stanislaum de Sprowa Castellanum Bycensem Tribunum Varmien et Capitaneum Osterodensem, easdem villarum veram hereditatem et legittimam possessionem, Et ibidem spatus Stanislaus Sprowsky hered et possessor villarum prescriptarum coram nobis sepe constitutus recognovit, quia easdem villas suas hereditarias memorato Jamssio Generoso suo, quandam sigt eidem Jamssius vixerit in humanis, arendavit, et arendatorie tradidit in tempus, quod tamen

eiusdem Stanislai hereditario, quo ad prefatas villas, morte Jamussij tal
subsecuta existente, rehabendas. per omnia saluo et illeso remanente, promit-
tens prefatus Stanislaus eundem Jamussium arendatorem suum in vita sua
existentem, tueri, interedere, eiusque bonorum suorum et possessorij
arendatorij eorundem occasione, a qualibet persona possessorium. hor eius
arendatorium impediente, sub vadio trium millium florenorum
ipsi Jamussio soluendum, pro quo vadio transgresso idem Stanislaus prefatus
Castellanus tricenti aut filius eius, ille quod absit decedente, aut alius
quispiam heres suus legittimus, ni priusquam ipsum regium citatum in
primo termino, tanq peremptorio parere respondere et tenere, ipsum
primum terminum juris et facti remedijs pariter et cautelis. districte
prescriptionis et treuestri non evadendo, nec aliquid sibi contra mo-
ratum Jamussium arendatorem suum, ex ea occasione hominum arende
ni sub sedium assumendo. sub amissione sue cause, recognoscens eius
dictus Stanislaus, pro prefatum Jamussium arendatorem pro ipsa
arenda, toto tempore vite eiusdem Jamussij duraturo satisfactum
esse ijs effectu, pactum tenore mediante. Datum ut supra Cracouie sabato
Coronis primij Anno dui quo sup.

Consensus retinens residuitatis Aduocatie Famato Matthie Aduocato
in villa Strinie adiacentium Prebendam pertinens, de manibus
Honesti Hovothed

Regiesmundus etc significamus etc. Quia Nos considerantes remedia
bonorum nostrorum, que ex plurialitate aduocatorum in illis existunt

et illorum discordia obozizi solent, volentesq; illis oportune providere.
Consensimus et admisimus Famato zyathon adnotato in villa
nostra dzyjwyje redimere et sidnitatem eiusdem adnotarie hor est
duos mansos in eadem villa mea dzyjwyje consistend, ad castrum
nostrum przedtend ytinend, de manibus honeste Dorothee, eius
sidnitatis adnotarie, modernis temporibus. Eumis in his originalibz
super eadem adnotaria iuste et legittime inscriptis, que ad illum hortum
pertinet sid solute tamen citra hmimodi Emmiarum excessum. Con-
sentimusq; et admittimus pribus his meis, per eundem zyathiam
et ipsius legittimos successores, adnotatiam sidictam, cum omni
jure et dominio, et cum omnibus eius utilitatibus et proventibus
iuxta tenorem literarum originalium de super eis confectarum, tenend
habendum ut ipsum pariter et quiete, ac de meo aut meorum suc-
cessorum consensu, dandum, donand, permutand, vendend, et in
suos suorumq; successorum usus beneplacitos convertend, prout
sibi ipsiusq; successoribus, melius et utilius videbitur expedire
juribus nostris regiis salvis remanentibus, Harum etc. Vacat
ni Conventionis finali die festi Sancti Gregorij Anno quo ep.

Rex Reverendo etc ut ep

Consensus Jacobo Strzelia redimendi molendinum Aquaticum
in Villa Dzierzbiarchowo, ad castrum Przedecen pertinen
de manibus quorumuis possessorum.

Sigismundus etc, significamus etc, quia nos cupientes bonorum
nostrorum Regalium tenute przedecen, conditionem facere meliorem

ac comoda ex molendinis nostris mense nostre provenientia, que ob impe-
riciam molendinatorum plerumq; deperemit, and adangere volend Con'
sensimus et admisimus primo Jacobo Chrzesczyka Molendinatori de
Wolborze, cuius industria, et ni hac arte molendinatoria, prius. nob
plurimum extitit comendata, redimere molendinu[m] agnationi[um] vilta
nostra Rzeczbijanthowo, seu cuius terciam mensuram integrata ad
Castrum nostrum pezdrowo pertinentem, hoc est tercia mensura. molen-
dinatoriam omniu[m] emolimentorum ex eodem molendino provenientium
de manibus modernorum possessorum eiusdem molendini. cunctis iu-
bis originalibus expressis desuper confectis eisdem possessoribus
solutis, consentimus et admittimus putibus hiis meis. Ita ta-
men omnes in hiis originalibus expressi. Item proibi redemptionis
non augeantur. per eundem Jacobum Chrzesczyko, nostrosq;
successores legittimos, hoc ipsum molendinum in villa nostra
Rzeczbijanthowo. seu cuius tercia mensura, ut premissum est,
redimendi. Cum omni jure, dominio et proprietate. cum oibusq;
eiusdem molendini. seu sortis molendinatorie, utilitatibus, usi-
bus proventibus, emolumentis, et quibuscunq; obvencionibus universis,
quibusq; nominibus censeantur, vigore vim et tenorem hu-
originalium desup confectarum habendi, tenendi, utifruendi
pacifice et quiete, et de eisdem aut eorum quemlibet successorum nostrum
permutandi. alienandi, et in usus suos beneplacitos convertendi.
prout sibi et ipsius successoribus, melius et utilius videbitur
expedire jnibus nostris regiis salvis remanentibus,
Harum etc Datt Ioco die anno quibus sup.

Ad mandatum domini regis

Conseruatio ad vitam Nobilis vincentii Gebrowski in villa Stoki.

Sigismundus etc. Significamus &c. Quia nos propter fidelia ser-
vicia Nobilis vincentij Czebrowski Tenutarij ville nostre Stokij
in terra Leopolien consistentis, que nobis et regnis nri
adversus hostes nros et incursiones Tartarorum strenue prestay
non sine vite sue discrimine, diligenter exhibuit, potuit qs in futuz
exhibere, Tum etiam exspoliationibus nonnullorum Consiliariorum
regni nostri pro ipso nobis factis benigne annuendo, eundem vin-
centium Czebrowski in tenuta et possessione ville nre sepedicte
Stokij, relinquendum et conservandum fore duximus, relinquimusqz
et conservamus ad tempora vite ipsius exclusa, promittentes
verbo nostro regio, quia eodem privilegio caveatur, neminj possit
nostrum sp̄rabimus, nec concedemus facultatem redimendi, eam ipsa
villam nostram Stokij de manibus ipsius vincentij, successorumqz
nostri non curabunt, nec consensum prebebunt, Nisi ante ipsi
premissis nostris propriis id necessario nostram regiam dumtaxat
et non alias, ipsam villam de manibus ipsius redimere volue-
rimus, quod cum nobis et nostris successoribus facere liceat,
Etiam iij vita ipsius vincentij Czebrowski. Ipso vero vita
functo de manibus successorum ipsius illam redimendi facultatem

et ipsi habebimus, et eni voluerimus concedere potrimus hoc ipse
eundem vinculum Czebrowsky eam ipsam villam nostro vivi et
tenorem harum originalium desuper confectarum tenere habeat
possideat, pacifice et quiete, juribus nostris regiis salvis et una
nentibus. Harum testimonio literarum, quibus ni fidem sigillum
nostrum est appensum. Actum et datum Cracovie ni Conversionis
generali die Sancti Gregorii pape Anno quo supra.

Ro Cracovy Do.

Consensus Stanislao Wanglerskiy renunciandi Advocatiam in villa Blonie
ad castrum Lanciticen pertinen, de manibus Dorothee Buialskiene.

Datus est consensus Nobili Stanislao Wanglerowsky. renunciandi
Advocatiam seu scultetiam ni villa regia Blonije ni mpata ad
Castrum Lanicicen pertiny. de manibus Nobilis Dorothee Pryjathi
konca. Bunias ni ea inscriptas non exordi. ni forma consuetudinis
consueta Anno die loco quibus supra.

Ro

Consensus providi Joannis renunciandi residuum advocatie in villa
Zarowo ad castrum Przedecen pertinen, de manibus Matthie Placseh-
Datus est Consensus providi Joannis Advocato ville Zarowo ad
Castrum przedecen pertinendi residuum advocatie predicte
Ser est aliud mansum. de manibus providi Matthie placzek. ni
omnibus premiandi ni eadem sorte juste et legittime inscriptis.
ni forma consuetudinis consueta, Anno die loco quibus supra

Ro

Decretum inter Annam de Sczyluski et Elisabeth Borkowska nomine
permutationis bonorum hereditarium Borkowice et Kiemoczno in
dicto Brzesten site.

igismundus etc. Significamus etc. Quia nos in causa Nobilis Jacobo

Skotgnyczkij, et Anne de krzyżkossij eius coniugi, occasione bonorum
hereditariorum vigt villarum Borzyimorwyge et Nyemojcewo in tra
et districtu brzestien consistentium prefate Anne ipsius Jacobi rosoth
y nobilem olim Elisabeth Borzyimorska filiam naturalem Gene
rosi olim ejusdem Borzyimorskij judicis terrestris Brzestien, eosdem
vero Nobilis Stanislai proskorskij legittimam et prefatorum
bonorum ex ri donationis, et inscriptionis eorundem bonorum
sibi per prefatum eius patrem coram Mta nostra regia facte et
inscripte, tunc temporis heredem legittimam, coram officio
judicij terrestris Brestien, ex causa permutationis pro aliis nonnullis
bonis vigt Dzyćkowij, Dambrowyże, et sorte ville Nyjewo in
distrietu Lanicien consistent inscidis et legittimis inscriptorum
et imperpetuum resignatorum ex officio nostro, nota et intentato
quasi bona illa Borzyimonize et Nyemojewo post mortem dicte
Elisabet jure caduco fuissent ad nos devoluta, pro quibus bonis
et pro occupatione eorum, idem Jacobus Skotgnyzkij cum suo fato
uxore coniuge sua se nos ad presentiam nostram fecerunt ritali,
hac causa primum ad Conventum quatuor Septimanarum, ac demum
in Brzeszyje, et deinde ad Conventum quatuor partem Cracz. ex
limitatione et transpositione terminorum fuit devoluta, cuibus
propositionibus, aduersus eundem Jacobum Skotgnyzkij, et ipsius
uxorem factis, ac tandem cum eodem Jacobi suo et consortis sue
nomine responsis allegationibus, deductionibus, juribus, mem
manuque, et inscriptionibus ipsius eiusdem, et cum diligentia, ac ma
turo consilio consiliariorum meorum debite pensatis et intellectis.

493

Ita decreuimus, et sentenciam nostram diffinitiuam tulimus et
promulgauimus, qua ex quo bona prefata ville Borzymowijcze et
Nyemoyewo predicte domine Krzykosska uxori Jacobi Chotomyjzky
ex causa pmutacionis pro aliis bonis supra expressis coram officio
Judicij terrestris Brzostow fuerunt et sunt legittime, et officio sic oblata
et resignata, prout ex hac coram nobis prodicto clare constat, non
potuerunt deuolui nec sunt deuoluta nec ullo tempore ad Nostram nec
Regiam seu fiscum nostrum propterea nos resignacionem et inscrip-
tionem eorundem bonorum prefate domine et successoribus legittimis, nyxta tenorem
et continenciam literarum suarum resignatoriarum sibi vel ipsi
et prefatum Elisabeth fratrem, tenenda possidenda et pperuo
et pacifice. Ipsum vero Jacobum, et omnem ipsius consortem
ab omnibus citacionibus, molestacionibus vexacionibus impedi-
mentis, et juris processibus, quibuscunque, quibus hactenus pro pfatis
bonis molestabantur absoluimus et liberum dimisimus et hac
resignacionis pfate domine et pfatum Elisabeth coram officio judicij
terrestris Cracouiensis fieri confirmauimus decernendo ipsis et omnia in
illis contenta obtinere robur eperue firmitatis. Pro bonis vero
Nyemoyewo dambijzr et sorte ville Nyemowij morte pfate Elisabeth

derelictis, et ad nos ea ipso jure caduca devoluta reservamus nobis
salvam actionem dicti decreto nostro mediante. Iyarmy etc.
Actum et datum Varonie feria sexta proxima ante diviam Joannis
anni Anno domini quo supra

Rex per ipsum Joannem Schreyber patris etc.

Molendina Aquaticus Ventilis et Equinus ante Oppidum Lubew
iuxta caduca ad Regiam Mtem devoluta Providus Martinus dicti
Stoplia dantur.

Sigismundus etc, Significamus etc, Quia nos considerantes
plurima dampna, et detrimentum proventuum census nostre
Regie, que propter decessum Sgolendinatoris hereditarij molendi
norum nostrorum pertinentium sterilitate vite finem, castro nostro Pyz
dicto obuenisbant: Volentes ea ipsa Sgolendina ad nos ipsius
nostrum regimen post mortem dicti Sgolendinatoris sterilitate
defuncti uti caduca devoluta, ulterius sine Sgolendinatore
manere, cupientes huiusmodi dampnis viis obuiare. Ea ipsa
Sgolendina dyr aquaticum in fluuio Notecz incepto ante
oppidum nostrum Pyzdry. aliud ventile et tercium equinum
eciam in Pyzdry consistentia. sen ad ipsarum turrim forte
vel mensuram emolumentorum ejusdem provenientium
Providus Martinus de Klokozin dicto Stopka in pro Emma
Virginita marcarum pragensium nouem et numeri Polonij
quadraginta octo grossos in quantibet marca computando,

Inscribendum et resignandum fore duximus, inscribimusq; et resignamus p̄ p̄nt̄s, per eundem dyarium Stopka, vjros suos legittimos, ea ipsa dyolendina przedicend. equaliter vendit. et eqm. hoc est terciam sortem illorum seu terciam mensuram ex illis provenientem. cum omni jure, dominio et proprietate dyolendinatoria, omnibusq; et singulis, vtilitatibus, reddit̄bus, prouentib⁹ et emolumentis, ad sortem dyolendinatoriam pertinen. agris prat. hortis, alijsq; attinenciis generaliter vniuersis, ad ipsa dyolendina ex antiquo spectantibus et p̄tinentibus, vigore vim tenorem et effectum hujusmodi literarum originalium desuper confectarum. tenend. habend. vtifruend. possidendum pacifice et quiete. Nemine de nro aut successorum nrorum consensu dand. donand. permutand. alienand. et in suos, suorumq; successorum vsus transferend. convertend. prout sibi suisq; successoribus melius et vtilius videbitur expedire. Jnuiolatis nostris regijs et onerib⁹. dicti dyolendini in suis originalibus expressis. salutis remanentibus hanc in rei actum et datum vigore Conventionis generalis feria sexta proxima ante Dominicam Reminiscere Anno dni millesimo quingentesimo vigesimo octauo Regni xxi.

Rs reverend etc.

Conservatio Nicolai Syrakowsky in possessione medietatis villæ Wągrowiec ad vitam in tuo Cracouien et terra Brzesciensi.

Ignissimus etc. Significamus etc. Quia nos annuentes supplicationibus quorundam consiliariorum nostrorum, pro Generoso Nicolao Syrakowsky

nobis factis, ipsum in tenuta, et possessione, medietatis ville nostre Wrzampyja
in terra Craconien et districtu proschowicen site, quam in certis pecuniarum
summis a nostros predecessores obligatam possidet conservandi duximus
et presentibus duximus conservandum. Ita quod illo vigente, ipsum de dicta medietate
ipsius ville nostre Wrzampyja, nulli prorsus eximere, aut redimere
consentiemus, successoribus nostri non consentient, nec permittent, Faculta-
tem vero eundem Nicolaum Gyrzakowski redimendi quandocunque
voluerimus pecuniis nris propriis, ad mensam nostram, nobis et suc-
cessoribus nostris, liberam esse volumus, et eam nobis et ipsis successo-
ribus nostris reservamus, a ipsum Nicolaum Gyrzakowski presentem
dictam medietatem ville Wrzampyja, iuxta literas et inscriptiones
originales predecessorum nostrorum iuste et legittime emanatas
tenend, habend, utifruend, quietq et pacifice possidend, usq ad
eius vite tempus extremum. Ipso vero ab hac luce sublato, ex tunc
summis predictis, ni ea ipsa medietas inscripte successoribus ipsius
legittimis, a nobis vel successoribus nostris nitq esset a solutis eiusq
medietatis ville Wrzampyja possessio, ad nos vel ipsos successores
nostros, cedat et devolvatur pleno jure, juribus nostris regalibus
illis salvis nichilominus semp remanentibus. Harum testimonio
literarum quibus sigillum nostrum est appensum. Dat Cracovie
feria quinta proxima ante Dominicam Reminiscere, Anno quo supra.

Ad relationem Reverendi in Xpo patris Dni Petri Epi
Cracovien et regni Polonie Vicecancellarii
Conscripta Stanislaus Albertus Stralkowski

Date sunt omnibus hec confirmationis ad vitam pro nobili Alberto
Gyrzalkowski quem Mtas regia duxerit ad eius vitam in castro ipsius adno
tatis Wojcikowicy. Sub data supra eius scripta. Vac.

Ad relationem Dni

497

Quitancia pro nobili Nicolao Symjothanka de Theloneo antiq°

Sigismundus etc.

Sigismundus etc ~~Significamus etc~~. Quia Nobilis Nicolaus Symjothanka, auliens noster, et Theloneator antiqui Theloneii in liberas Ciuitates, ab eodem Theloneo, quorum libertates ad quinquennium in Conventu generali pjotrkouien' ante biennium acti suspensi fuit, institutis. De eodem Theloneo antiquo, ex literis Ciuitatibus terre Chelmien', et Belsien' p medium annum percepto, incipiendo a festo pasche, anni millesimi quingentesimi vigesimi quarti, vsqz ad festum sancti Egidii Archangeli, eiusdem anni, nobis debitam et sufficientem rationem fecit, in qua posito omnibus preptis p eum ex eodem Theloneo ex vtraqz terra predicta Chelmien' et Belsien' p sparsim medij anni supradicti, ducentos octuaginta quinqz florenis in moneta p triginta grossos computatis, vnà decem nouem grossis, et etiam expositis ex eadem summa preceptorum p eos pro ipsum tempus medij anni pro suis et Notariorum suorum expensis Que quidem exposita, florenos viginti septem et grossos decem Nouem constituunt, remanserat nobis ex dicta ratione, deductis eisdem expensis in ducentos viginti octo florenis residuis, pro quod preceptorum, quos ad thesaurum nostrum integre consignauit et exposuit, et nichil preterea ex ea ipsa nobis obligatus manserit. Confidentes vtraqz fidem et diligentiam supradicti Nicolai Symjothanka in exigendo

dicto Thelonco antiquo, illum et eius successores legittimos, de summa
perceptorum et expositorum per eum ex eodem Thelonco antiquo de libris
Civitatibus et oppidis ni terra chelmen et Belsen. p tempus medij anni
supra expressum perpetuo quietamus et absolvimus per presentes. quibus
in testimonium sigillum nostrum est appensum impressum. Dat Crac
in Convento quarti sexta feria proxima ante dominicam reminiscere
Anno dni millesimo quingentesimo vigesimo sexto regni vero xxj
Sigismundus rex sscr

Consensus Nobili Stanislao Quilinsky inscribendi censum annuum
Asiadvaginta Marcarum in bonis hereditariis vtrst Lenaschowo Falistowo
Grabarnik et Sarlow in tra Cracovien et dicto Brecen quorum pretium
Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo feria tercia
proxima post dominicam reminiscere Cracovie in Conventu generali.
Datus est consensus Nobili Stanislao Quilinski vt possit censum
annum competentem pro quadringentis marcis pecuniarum in et super
predictis bonorum suorum hereditariorum vtrst Lenaschowo,
Falistowka, Grabanjna et Sarlow in tra Cracovien et
districtu Brzecien consistend. eorumq; fossis seu fossatis oportunis
pro quorum beneficio exercendi dicendo regendo vtendi
inscribere vtrst In forma Camerali consueta

Consensus construendi de novo molendinum aquaticum in fluuio
Kysy et in loco Wrzesini circa Oppidum Sambir in tra Zarnicien
Petrusko Stanislao Chirlia Oppidano de Sambir

In Nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Nos vigilie
nostre tenore presentium Cupimus et Deum habemus, significamus vtrst, quia nos bonorum

agense nostre regalis rendicionem efficere melioxem. Illorum q̃ donoda
et prouentus, abangere cupiend. Admisimus et consensimus p̃onido Stanio
Chojska, oppidano nostro de Dambije, construere de nouo agolendinum
agnationum ni flouio Nije, inchoato, et in loco dicto wrzessyny cum
oppido nostro Dambije, in terra Lanciciem consistenti, riuino et adia-
cenli, circa limites ville, mense archiepalis Cuesnen, Gobotska mi-
pat sitto, quod quidem agolendinum ipse Stanislaus Chojska, sumptu
et impensis suis construere, et de nouo edificare tenebitur. Habitis ni Zilo
minus nonnullis consiliis, per Generosum Nicolaum Rassoghi Castellanum
Bijechoviem, Lanciciem et przedzeem Capitaneum eidem conressib. Cupien
q̃ nos ipsum Stanislaum, pro sumptu, labore, et impensis suis, ni constructio-
ne eiusdem agolendini, factis et faciendis reddere indempnem, eidem
et suis successoribus legittimis. Hor ipsum agolendinum Hor est trena
mensuram emolimentorum, omnis grani ex illo prouenientium, ni tanta
triginta marcarum pecuniarum monete et numeri polonici essich-
inscribend. et resignandum fore duximus. inscribimusq; et assi-
gnamus per presb. Addentes sibi ad Horidem agolendinum omnes
agros et prata, ad dictum locum wrzessyny; ex antiquo p̃tinen-
pro usu suo et suorum successorum. De quo quidem agolendino,
nos et nostri successores, duas mensuras emolumentorum omnis
grani, percipiemus, tertia mensura Morum, pro ipso Stanislao, et
suis heredibus reservata. Pro reformatione vero eiusdem ago-
lendini, similiter lapidibus agolaribus, et ferramentis necessarijs.
Nos duas sortes impendemus. Ipse vero agolendinator terciam sortem
omnium emolumentum impendere tenebitur, Et alia omnia onera, ac et

scrmtia, idem agolendmator obibit et facict, eo modo, quemadmodum alij. agolendinatores nostri, ad Castrum nostrum Lanicien spectand, illa obeunt et facinnt. per eundem Stanislaum Chojska et suos legittimos successores legittimos, hoc ipsum agolendinum. cum omni jure, dominio et proprietate agolendinatoria, et cum pratis, agris, supraexpressis, omnibusq; eiusd agolendini utilitatibus, reditibus ipsius, proventibus emolumentis ad ipsum spectan pertinentibus, generaliter univers. quibusq; nominibus seu cognominibus appellentur, ad ipsum agolendinum spectantibus et pertinentibus, quorumq; in loco predicto cuiuscunq; humana industria fieri potuerint, tenend. habend. utifruend. pacifice et quiete, ac non de nostro aut nostrorum successorum consensu, dand. donand. permutand. vendend. alienand. et in suos quorumq; successorum usus bene placitos de cetero convertend. prout sibi suisq; successoribus melius et utilius videbitur expedire. Juribus nostris regijs salvis remanentibus hac vice Actum et Datum loco anno

pridie quibus supra.

Concessio novi Privilegij in locum combusti, super bona hereditaria Zakrzewo, Zakroby, Wigonowica et Czarnawsenno in tra Lomzen et dicti Zambrowicen. Honorabili Michaëli nec non Andree Mathie Joannis Stanislao et Thome fratribus de eodem Zakrzewo.

In Nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam Sigismundus ejusdem gratia terrarum etc dominus et heres. Significamus etc, quia constitutis coram nobis. honorabilis Michael Zakrzewski rector ecclie parrochialis in Radzyłowo Notarius noster. heres de Zakrzewo suo et Nobilium

Andree, Mathie, Joannis Stanislai et Thome fratrum suorum alioruq
coheredum de eadem Zakrzewo, nominibus, Exhibuit coram nobis
certum rescriptum ex libro seu Metrica perpetuitatum terrestrid pural
nostri Masovie, continens in se certum rescriptum artum ex libro
terrestri Zambrowiend extractum, et in eundem librum perpetuitatum
articulatum sigillog eiusdem Metrice obsignatum. In quo certa dominia
et testium attestationes extant rescripta, de et super combustione et con
crematione privilegiorum unius et tractum, predictis heredibus de
Zakrzewo seu eorum antecessoribus concessorum, et ad bona eorum
